Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Baptismus

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Visual Library

actum doloris eliceret, & manè accederet ad Confeſſionem ſine alio dolore, confeſſio ex hoc capite eſſet valida *p.5. tr.14.reſol.67.*

An dolor debeat elici ante Confeſſionem?

12. Quoad ſecundum, Coninch *de Sacram.diſp.4.dub.6.num.4 concl.2.* putat, dolorem debere tempore præcedere Confeſſionem, & ſi quis Confeſſionē faceret ſine dolore, quamvis poſtea ante abſolutionem doleret, non conſequi abſolutionem. Sed Hurtado *de Sacram.diſp 6.diſ.20.*& Bonac. *de Sacram.diſp.5.quæſt. 3.punct.2.num.18.* hanc opinionem refellunt, docentque ſufficere, ſi dolor ante abſolutionem eliciatur, *p.3.tr.4.reſol.134 & part.4.tr.4.reſol.193.§. Notandum ſecundò.*

Ut ſine dolore ſufficiēti detur Confeſſio valida?

13. Probabiliſſima eſt ſententia Henriquez *lib.5. c.11.n.1.* & aliorum contra Layman *lib.5.tr.6.c.9.n.2.* & alios, quod dari poſſit Confeſſio valida, ſed informis, ex defectu doloris, ſicut dicemus infra dari poſſe defectu examinis *v.Confeſſio, n.52.* & erit, quando quis ex mortali negligentia, vel ignorantia quadam culpabili, dolorem ſufficientem adhibeat *p.3.t.4.reſ.64.*

BAPTISMUS.

Baptiſmus quid?

1.† BAptiſmus eſt unum ex ſeptem Eccleſiæ Sacramentis, omnium primum, & janua Sacramentorum. Definitur à Magiſtro, Ablutio corporis exterius facta, ſub præſcripta verborum forma. Septem in Baptiſmo conſideranda ſunt. Obligatio illum ſuſcipiendi, aut conferendi, materia, forma, miniſter, patrini, ſuſcipiens, & effectus. De quibus mox ſuo ordine, præterquam de patrinis, de quibus ſub V. *Patrinus.*† Vide etiam Pontifex.

BAPTISMI NECESSITAS.

Et quale Sacramentū?

1.† BAptiſmus eſt Sacramentum neceſſitatis, ita quod, de lege ordinaria, qui non eſt baptizatus, non poſſit introire in Regnum Dei. Eſt autem neceſſarium ſimpliciter: vel in re, vel in voto, quando in re haberi non poteſt. Ex hac igitur neceſſitate oritur in homine adulto obligatio Baptiſmum ſuſcipiendi, & in aliis illum miniſtrandi.†

Adultus cū commodè poteſt, debet baptiſmum recipere.

2. Adultus tenetur præcepto divino recipere Baptiſmum, cum commodè poteſt, hoc idem dicendum eſt de infantibus Chriſtianorum, & parentes non debent dilatare ultra menſem ad baptizandum pueros, vel paulò poſt propter ſolemnitatem Baptiſmi; ſupra hoc vide ſuperius *numer. 5.par. 9. tract. 6. reſol.1. & 1.* Conſtantinum Imperatorem conſtat initio ſuæ converſionis fuiſſe baptizatum & non in fine ſuæ vitæ contra Cajetanum, *ibid.§ Sed meritò.* Adultus cæcus, ſurdus, & mutus à natura non poteſt baptizari in ætate adulta, ſed debet expectari eorum voluntas, cum ſint capaces aſſenſus, & diſſenſus, & ſi ex cura parentum infantes baptizati non ſunt, poſſunt compelli in ætate adulta etiam morte, ſi actiones Chriſtianorum geſſerunt, aliter minimè, *ibid. §. Sed pro Coronide.* Pueros expoſitos in foro Eccleſiæ cum ſchedula in collo alligata atteſtante eſſe baptizatos, ſi non eſt cum Sigillo, vel manu cognita ſubſcripta, vel ſine ſcriptura baptizandos eſſe dico ſub conditione, & hoc etiam de baptizatis ab hæreticis dicendum eſt, *pag.9.tract.6.reſ.35.* At ſi monſtrum cum duobus Capitibus, & duobus dorſis eſſet baptizandum, & apertè conſtaret duas habere animas ſeparatim baptizari debet, ſi verò dubitatur de duabus, ſub conditione baptizandum eſt, unde peccaret mortaliter, ſi unus plures ſine neceſſitate baptizarent baptizando contra uſum, & modum conſuetum, & ſi ſit in peccato mortali ſolemniter baptizans ſine neceſſitate peccat mortaliter *ibid. reſ. 30.* ſic etiam ſi quis à pluribus baptizatus eſt cum hac forma. (Nos te baptizamus) debet denuò ſub conditione iterum baptizari, *ibid. reſol.31.* Unde peccaret mortaliter Sacerdos baptizādo ſine neceſſitate cum aqua non benedicta, *ibid. reſ 34.*

Chriſtiani non debent ultra mēſem dilatare pueros baptizare. Conſtantinum conſtat initio ſuæ converſionis eſſe baptizatum.

Adulti Chriſtianorum, ſi actiones Chriſtianas geſſerūt ſunt compellendi ad baptiſm. Expoſiti cū ſchedula, & ſine ea debēt baptizari cū conditione.

Baptizans plures ſine neceſſitate peccat mortaliter.

Baptizatus à plurib. cū conditione iterum debet baptizari.

Nec

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN